mea. Ihu dulcissime quo et non inicio-
cratice igitur anime quererem te. o unice
fili dei patris. et si differs in presenti
desiderabile tuam presentiam non auferas
in futurum ut in ultima resurrectione
fidelium in cum eis teipsum placidum
ac benignum exhibeas ut de tua presentia
perhenniter cum electis tuis merear
iocundari **De medano custo-**

dientium. capitulum lxiiij

Demde cum mulieres abissent a
monumento ad explen
dam iussionem dominicam
quidam de militibus
custodientibus qui viderent factum. et
audierant verbum euangelicum. venerunt
ipsa die resurrectionis in ciuitatem
iherusalem et principibus sacerdotum a
quibus positi erant ad custodiendum se
pulchrum christi nunciauerunt omnia que fue
rant facta. scilicet christi resurrectionem et angeli
terribilem apparitionem ac terremotum
et ex hiis que viderant et audierant
facti sunt vellent nollent testes et pre
dicatores veritatis et resurrectionis domini
triumphatoris mortis. Et hoc quippe
est validum testimonium quod ab inimicis
et crucifixoribus christi iudei audeant
surrexisse ipsum. Unde secundum crisostomum
mira angeli apparitio. et terremotus
propter milites facta sunt ut stupefie
rent et ab eis fieret testimonium veritatis.
Veritas enim a contrariis divulgata
magis effulget. Quod et contigit
quia predicti custodes nunciauerunt
principibus omnia que facta fuerant.
Ubi notandum quod volentes impedire
diuinam prudenciam contra suam intencionem

promouent illum sicut fratres ioseph vendi
derunt ipsum ne adoraret eum. et per hoc
compulsi sunt eum adorare secundum ordinem
diuine prudencie. Sic principes iu
deorum volentes impedire celebritatem nominis
christi fuerunt valde diligentes de custo
dia sepulchri. et per hoc celebrata est
fama de veritate sue resurrectionis
et per consequens sui nominis. Incocta
igitur simplicitas custodum fatetur
veritatem. astuta vero duplicitas
principum modum querit quo astruat
falsitatem. Unde rabanus. Simplex
enim equalitas et indocta hominum rusti
citas sepe veritatem rei ut est sine
fraude manifestat. at contra versuta
malignitas falsitatem verisimilibus
verbis per verbo commendare certat. Hec
rabanus. Unde nequicia iudeorum
per hoc non quiescit. quia congregati cum
senioribus ad confingendum falsitatem
consilio accepto dederunt militibus
pecuniam copiosam ad pretendum veritatem
iniungentes eis ut ad denigrandam
resurrectionis famam dicerent. quod ipsis
dormientibus discipuli eius nocte furati
eum essent. Ecce apertum medacium.
Unde remigius. O stulta insania
dormientes testes adhibes. Si
dormierunt quomodo furtum viderunt.
Si non viderunt quomodo testes sunt.
Ad si etiam fures viderunt. cur non
eos detinuerunt. Unde et crisostomus. Non
formam medacii habebat quod dicebant.
Qualiter enim furarentur discipuli homines
pauperes et ydiote et neque appa
rere audentes. Si enim adhuc christum
viuum videntes fugerunt qualiter mortuo

co nō timuiſſet tot militū milti nē
Nūq̄ oſtiū ſepulchri potant eū tē
lapis ei īminebat magis militibꝰ ī
digēs manibꝰ. Nūq̄ et nō erat ſi
gillū ſuppoſitū? Quare nō pſuaſi
bilia ſūt q̄ de furto dicta ſunt?
Vn̄ p q̄ reſurrectionē obnubilare
conāt' p hoc ea faciūt clarē. Di
centes eū q' diſcipuli furati ſūt cōfitēt' corpꝰ
nō eē ī ſepulchro. furtū aūt oſtēdit
eē mēdax cuſtodia militū et diſ
cipulorū pauor. Vn̄ chriſoſt. Per hoc etiā
moliebāt' diſcipulorū pdicionē īponēdo
eis furti crimē. Spūalit' aūt diſcipuli
xpi fures erāt q' ab igratis iudeis
ſcripta noui et veteris teſtamēti
ablata ī vſū eccliē cōferebāt et
ſaluatorē q' eis pmiſſus fuerāt ill'
nocte dormiētibꝰ hoc eſt īfidelitate
torpētibꝰ abſtulerūt gētibꝰ oſtēdū
cōtentes. Et ut dicit ſeuerianꝰ. ami
ſerūt milites. pdiderūt iudei ſed diſcipuli
mgrm ſuū nō furto ſed fide. virtute
nō fraude. ſctitate nō crimine. viuū
nō mortuū ſuſtulerūt. ¶ De te
pli vero erariis. et oblatiōe pauprm
nō de burſis ppriis accepert' pecu
niā et copioſā. ut ea famā xpi
extinguerēt. cuiꝰ ſāguinē et vitam
prius huiuſmodi pecunia emerāt. De
cōi pdigi ſumꝰ adeo ut de ppo nil
erogemꝰ. Sic pprietas diligit'.
et cōmunio cōtēpnit'. Vn̄ ihoēs.
Cuſtodes miracula cōfitent'. illi aūt
q' poſt tale teſtimoniū debuerāt cōuti
ad pniam et ihm querē reſurgētē
pſeuerauerāt ī malicia. et pecu
niā q̄ ad vſꝰ tēpli data fuerat

vertūt ī receptionē mēdacii ſic et
an triginta argēteos iude dederāt
pditori. Omnis igit' q' ſtipe tēpli
et hiis q̄ cōferūt' ad vſꝰ eccliē abu
tūt' ī aliis rebꝰ ī q'bꝰ ſuā expleāt
voluntātē ſiles ſūt ſcribarū et ſacerdotū
ēdimētū mēdaciū. et ſanguinē
ſaluatoris. Vn̄ et hylariꝰ. Emit'
quoque reſurr' ōis ſilentiū et furti mē
daciū argēto. q' hōre ſcli q' in
pecunia ē et cupiditate xpi glā de
negat'. Hylariꝰ. Ite et iudeis
ſiles ſūt q' cū magnis ſūptibꝰ
et laboribꝰ conāt' ad ſubūſionē
veritatis. cuiuſmodi ſūt aduocati doloſi.
et doctores vane gloſi. et illi q'
eos ad hoc īducūt q'buſcūq3 modis.
Vn̄ chriſoſt. Ne mireris ſi pecunie
milites ſupauert' q̄ apud diſcipulū
tātā oſtēdert' uirtutē. ut eū fac
ret mgri pditorē. nl' ē clauſū
uel occultū q' nō pecunia īdagante
ſit cōtritū. Propt' qd dicit nichil
īiquiꝰ q̄ amare pecuniā. Vn̄ et
rabanꝰ. O peſtis mag' auaricie
ſup boīs aīmis deteſtāda q' illeſū
q' ī cruciſsu dimittis. Tu genꝰ
hoīm cōfudiſti. tu diſcipulū comitē
xpi ab aplatu pcipitaſti. tu mi
lites cuſtodie xpi ſepulchrū cap
tiuaſti. Nūq̄ bn̄ dictū ē pecunie
obediūt oīa. Vn̄ rabanꝰ. O quot
ſocios et hēdes iudei et milites
ī hoc ſcle et apud magnos et potētes
relīquert' q' pecunia corrūpit' et cor
rūpit' aūt ptēpalibꝰ et tranſitoriis
agētes ī ique. credūt nichilo
ſ vane q' ſic aīe eorū reſideſant

in pace et parte habeat cum Christo in resur-
rectione. Custodes vero accepta pe-
cunia corrupti fecerunt sicut fuerunt
docti et dixerunt. Nobis dormientibus
furati sunt discipuli ~~eius~~ ihesu corpus eius.
Sed mentita est iniquitas sibi et avari-
cia ipsi sunt et discipuli sunt decepti.
Hec autem irrisio heu multis hodie co-
gruit pigris in prima hora dominice re-
surrectionis torpentibus. Unde petrus da-
mianus. Cavendum est autem ne sompno
quis vel ad monumentum quere in ope-
tentibus horis assentiat. et maxime
iuxta diluculum. in quo videlicet tempore gra-
vius incumbit accidia. canonicis nos
inveniat occupatos officiis. Absit
enim nos tunc sopore vel ignavie
tede. quia videlicet hora constat in tem-
pore nostrum destructo mortis imperio
surrexisse. Ne si tunc dormiamus
quamvis oriente corporeo. etiam interior no-
ster homo lucem debet in occidua expirare.
quod absit irrisio nobis videatur illa
congruere. Discipuli eius nocte vene-
runt et nobis dormientibus furati
sunt eum. Hec petrus. Istud autem menda-
cium militum iudei emerunt care
quod adhuc eos tenet in errore.
Unde divulgatum est et mansit hoc
verbum scilicet quod Christus furatus fuisset non
surrexisset tribus verbis quod tamen
erat falsum apud iudeos usque modo
et in hodiernum diem et usque hodie
suum non vident vel intelligunt errorem.
Unde rabanus. Error empti men-
dacii per quod resurrectionis denegat
veritatem. perseverat in iudeis ne in
Christum credant et tantum eos constringit
perpetuo

Ad tempus autem mendacium prevaluit
sed non semper. Nam contra futurum mendacium
iudeorum refulget efficax et irrefra-
gabile testimonium resurgentium mortuorum
quia multa corpora sanctorum que dormierant
sompno mortis surrexerunt post resur-
rectionem eius tamquam testes sue resurrectionis omnibus
et exeuntes de monumentis vene-
runt in sanctam civitatem iherusalem que dicitur
sancta propter templum divino cultui depu-
tatum. et propter sancta sanctorum. et ob distinc-
tionem aliarum urbium in quibus ydola co-
lebantur. vel pro antiquo nomine ut matheus
publicanus dicitur. et apparuerunt multis
testificantes de domini resurrectione. scilicet
personis ad declarationem resurrectionis omnibus
dominice. hiis scilicet qui videre meruerunt
et resurgentem dominum susceperunt. sed non
omnibus quia non erat resurrectio generalis
que apparebit omnibus bonis et malis. Et
hoc divinitus factum est contra iudeos et
milites in testimonium quod Christus dominus primi-
cie dormientium vere surrexit a mor-
tuis. Unde crisostomus. Aperta sunt monumenta
et surrexerunt mortui et intraverunt
in sanctam civitatem. ut inexcusabilem
condempnaret eorum et domini resurrectio
firmaret. Hec crisostomus. Forte hii fuerunt
de quibus super epistolam ad hebreos legitur
quod multi affectaverunt se sepeliri in
terra sancta. ut cum domino resurgente resur-
gerent. In evangelio et nazareorum legitur
quod duo viri sunt mortui ante quadra-
ginta annos venerunt in templum et sep-
serunt quo illi qui erant in lymbo ex-
ultaverunt in descensu domini ad inferos
et demones contristabantur. Unde leo papa
Quod mortalitatis continebatur sepulchris

distussa obstaculorum mora prosiliant.
appareat nunc quam in trinitate sancta
idest etiam dei. future resurrectionis in
dicia. et quod attendendum est in corporibus fiat
in cordibus. Leo. Recte autem in resurrectione
domini tempore alii surrexerunt. ut cum se
propere desperaret homo. quod in se contueretur
deus homo hoc in se fieri posse presumeret.
quod in pluribus hominibus factum cognosceret.
Unde gregorius. Ad instruendam quoque igno
rantiam nostram. ad roborandam infirmitatem
nostram sue resurrectionis exemplum nobis sufficere
noluit. Solus illo in tempore mortuus est.
et tamen solus minime surrexit. Ne quis
enim diceret sperare de se non debet ho-
mo quod in carne sua exhibuit homo deus.
certe cum deo homines resurrexisse cog
noscimus. Item gregorius. Considera hic quam
magna fuit nequitia iudeorum circa dominum
ihesum. quam etiam post eius mortem non cessavit.
et quam magna bonitas eius circa illos
de quorum salute nichilominus curam
habuit. Cuius exemplo nos provocamur
ut eius bonitatem circa iniuriantes
imitemur. Oratio.

Domine ihesu christe ad cuius
resurrectionis famam deni
grandam inter milites pecuniam
copiosam dederunt et ad pervertendum
veritatem eos corruperunt. Da mihi ut
pecunia non corrumpar vel corrumpam
nec pro temporalibus et transitoriis unquam agam.
sed semper in veritate permaneam et liberer per
eam. Da etiam mihi ut sicut post resurrectionem
tuam surgentes testes extiterunt tibi
sic et ego merear de te verbo et opere
testificari et in resurrectione generali tecum
et cum tuis electis partem habere et cum eis

coram te in regno tuo sine fine te mise
rante gaudere. Amen. Quomodo dominus
apparuit petro et joseph et iacobo
minori ac suis fratribus. capitulum lxxv.

Dum igitur magdalena
et socie eius recedentes
domum nar
rassent discipulis resur
rexisse dominum petrus
merens quod suum dominum non videat nec
quesitum valens propter amoris veheme
ntiam quam ad eum habebat. discessit subito
ab aliis ad querendum dominum et solus
ibat ad unius sepulchrum. Nesciebat
enim ubi eum alibi quereret. Dum igitur
pergeret dominus ihesus in via ei apparuit licet
euangelista ubi vel qua hora factum sit non
designaverit. Tunc petrus videns dominum
procidit in terram. et veniam petiit de
hiis quod eum te negavit. et pluries negavit.
Dominus autem peccata sibi dimittens et
eum consolando confortans dicit ei ut con
firmet et fratres suos. Stant simul et
cum gaudio colloquuntur ad invicem et
fit hic simul pascha magnum. Sin
gulariter igitur petro apparuit quia singu
lariter eum negavit. Dominum autem virorum
quos euangeliste et apostoli commemorant primo
dominus petro pluribus de causis seu rationibus
apparere voluit. Prima est ut qui primo
confessus est eum christum esse. post resurrectionem
eius mereretur videre. Secunda ut mente eius
quam in passione titubaverat in fortiter
et quia tempore passionis eius tentatus recederet
terrat per spem resurrectionis prius resur
geret. Tertia ut primum trine negationis
ei indultum ostenderet consolans eum ne desperaret
peraret. Quarta ut apostolatus eius ordine